

*Et lusus tacite metuentem probrāq; noctis,
Quod recte & ordine evenit.*

*Non ita ego, mea lux, desuetus vivo Diones,
Aversus ut te negligam:*

*Sed dare non habeo, nec tu tibi munera poscis:
Animamq; meq; dedico.*

*Vt dem ego me tibi, tu mihi te dato, ita elanguentes
Tenacibusq; brachiis,*

*Immistog; levi nexu, jungentur amores
In meq; teq; adinvicem.*

*Vt dare possim animam, cedo ebria rore labella
Melissa nostra calico,*

*Sic anima haerentes roseo argutabimur ore,
Violeto amoris pervio,*

*Altera rursus, & altera, & altera, & altera rursus
Adblandientes savia,*

*Donec reclines ad languidulas convalles,
Anima cadamus in plice.*

*Tunc licet evulgent gratas me ferre puellis
Strenas venustis nescium.*

De hoc carmine.

*Ante elegos scripsisti, hic jambica: virgo recenti,
Si nescis, plane est excipienda modo.*

LECTORI.

*Non sine te finem, Lector doctissime, quaram,
O sine te nequeat finis adesse mihi!*